Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lia desideria nominant. s; etiam ea que ad appetitum laudis huma
ne. ad iram vel impatientiam cor in prouidum emolliunt et deiciunt.
Quicumque igitur aduenas et peregrinos in hoc mundo cognoscentes. ab
huiusmodi desideriis se abstinent. quicumque iuxta predictam domini sententiam.
plorando. et flendo. in spe future beatitudinis. in hac uita se de
iciunt et deprimunt. horum ipse dominus noster sine quo solatium nullum
est. et in presenti consolator. et in futuro erit remunerator. Unde sub
iunxit et ait. Et uos igitur inquit nunc quidem tristiciam habetis. iterum autem
uidebo uos et gaudebit cor uestrum. Ac si dicat. Uos quidem nunc tris
ticiam habetis. salubrem uidelicet contritionem profunde humilitatis. s;
sollicita mentis custodia curate. ne sitis homo natus in mun
dum. ne post conceptam interne dulcedinis gratiam. ad mania huius
mundi gaudia. ad ea que militant aduersus animam desideria
animo recurratis. s; in eadem cordis corporisque humilitate. constan
tiaque perseuerantes. solis celestibus intendatis. At si durum uobis hoc
uidetur et difficile. attendite quale sit gaudium. quod post felicem hanc
perseuerantiam uobis repromittitur in premium. Iterum autem uidebo uos
et gaudebit cor uestrum. Non enim semel uos uidisse. non sufficit mihi
semel uobis gratiam dulcedinis mee ostendisse. s; iterum iterumque
uos uidebo. quia quamdiu in huius uite exilio laboratis. paterne uisi
tationis consolatione uos releuabo. Et gaudebit cor uestrum. quia quanto
durius tribulationum molestiis caro attrita turbatur. tanto copiosius
cor uestrum desiderate dulcedinis mee gratia consolatur. Et gaudium uestrum
nemo tollet a uobis. quia gaudium illud mee uisionis. hic incho
atum. in futuro plenius dabitur uobis. ubi tanta securitate. tam se
cura proprietate uobis stabilietur. quod omni tristicia. omni aduersita
tis sublata molestia. nichil uobis nisi eterne iocunditatis sollemp
nitas. et certa perpetue glorificationis manebit dignitas. Per
INFINITA SECVLA
SECVLORVM. AMEN.